



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

V.5. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

V. 9. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.*

Paraphrasis.

Licet iusticiam & bonitatem tuam simul consideranti trepidatio & angustia se insinuent. Evanescent tamen umbræ timoris ejusmodi, quæ plenam minuunt in te mi JESU confidentiam. Imò cælesti me consolatione perfundis, dum pastoralis cura tua ac potestas, quin & Crux sancta tanquam baculus, quò Dæmon abigitur, menti occurrit, & hæc cogitatio, quòd omnis mihi immissa adversitas, hæc ipsa mors, virga sit, quâ punis in hac vita, ut in æternum serves, animum subit.

V. 6. *Parâsti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me.*

Paraphrasis.

Qui me oviculæ instar in opima S. Ecclesiæ tuæ pascua ducere, & in via purgativa juvare dignatus es, jam grandiore factum velut gratissimus hospes lautâ mensâ tanquam amicum excipis, & in hac fatali hora tot hostibus impetum corpore & sanguine tuo reficis frustra fremantibus iis, qui sibi oculos esse in animam meam aditus intelligunt.

V. 7. *Impinguâsti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus est.*

Paraphrasis.

Hoc in cælesti mensa menti meæ selectissimas Spiritûs S. gratias affudisti, quibus velut inua-